



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

24. De hæreticis pœnitentibus, & de pœnis, quibus debent puniri. Et an in aliquo casu veri pœnitentes non sint reconciliandi? Et pro praxi adducuntur octo casus in textu huius Resolutionis, ex Bulla ...
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

322 Tract. XII. De Pœnis delictorum,

ex coniecturis posteriora dicta esse uetiora, & apparerit testes non animi levitate, aut odij fomite, seu corruptione prœsumpti, sed zelo fidei dicta sua velle corrigere, & ita docet Covarr. lib. 2. var. cap. 13. num. 9. Paris. lib. 4. consil. 2. num. 78. Zanchinus de heret. cap. 14. num. 5. Dicit. Inquis. part. 3. quest. 65. & ibi Pegna comment. 114. Gundissalvus de heret. quest. 13. n. 12. & alij, quæ doctrina vera est, non solum quando testes deponunt contra se, & contra complices suos, sed etiam quando deponunt contra alios, & ideo Arelatanus de heret. notab. 13. sic asserit: Si testis dixerit unum in iudicio, & postea ex intervallo dixerit aliud in eodem iudicio, statim primo dicto, & non secundo. In crimine tamen hæresis, speciale est fidei favore, ut statim ultimo dicto, unde quamvis testis primò dixerit alium esse innocentem, si postea dicat eum hæreticum, statim ultimo dicto, quamvis utrumque fuerit iudiciale. Itaque ille.

6. Sed difficultas est, an Inquisitores debeant stare secundo dicto, etiam si testis neget hæresim in primo dicto confessam? ego ut verum fatear, mihi non displicet opinio affirmativa Simanca tit. 64. num. 59. & seq. & M. Antonij Delrij in disquis. mag. lib. 5. sect. 5. quia in iudicio servanda est æqualitas, neque in tam gravi crimine favrabilior esse debet detectio hæresis, quam liberatio innocentis, dummodo constet revocationem primi dicti factam esse non levitate, odio, aut pretio, sed zelo Catholicæ fidei, adducta etiam probabili causa revocationis, & correctionis.

7. Verum his non obstantibus, quia contraria sententia est communis, ideo ab ea non recedo cum DD. citatis, quibus addo Sanctarellum tract. de heresi, c. 38. dub. unic. num. 12. & Barbosa in collect. tom. 3. lib. 5. tit. 2. cap. 8. num. 17. Dico igitur, quod Inquisitores stare debent secundo dicto, cum in secundo dicto testis hæresim, & delictum detegit, non verò si illud neget; cum tamen in priori dicto hæresim & delictum manifestaverit, nam in tali casu priori, & non posteriori dicto erit fides habenda, quæ omnia probantur in cap. accusatus. §. licet, ibi contra & alios complices deponendo junctis verbis præcedentibus tam de se, quam de aliis super facto hæresis, &c. Unde Trevilianus lib. 2. decis. 39. num. 13. asseruit, quod in causis fidei sancitum est inter duo dicta irata standum esse dicto, quod fidei favorem concernit.

RESOL. XXIII.

De Dogmatistis, & Hæresarchis, & de pœnis, quibus sunt prædicti sum puniendi.

Et an vero in penam supradictis sit neganda Eucharistia? Ex p. 4. tr. 7. Ref. etiam 23.

§. 1. **H**Os non esse tradendos Curie seculari, si signa pœnitentiæ præbeant, tradit Cantera in quest. crimin. cap. 1. de heret. num. 70. Pegna in direct. Inquis. part. 2. comment. 64. & alij, ex cap. ad abolendam, de heret. & ex cap. Berengarius, de consecrat. dist. 2. Verum affirmativam sententiam tuetur Roias de heret. part. 2. num. 339. Simanca tit. 47. num. 50. & seq. Suarez de fide disp. 23. sect. 2. num. 10. ubi hanc opinionem probat ex multis rationibus, & in hanc inclinatur Lorca in 2.2. quest. 11. art. 4. disp. 47. mem. 5. num. 7. licet in fine, asserat, quandoque conveniens esse supradictis penam mortis indulgere, & ideo hoc prudenti iudicio remittendum esse putat, Soula tamen in apbor. Inquis. lib. 1. cap. 9. num. 14. distinguit, sic enim ait: Si Dogmatista errorem suum postquam ab Inquisitoribus apprehenditur defendat, quamvis postea convertatur, non est recipiendus ad reconciliationem. Si tamen statim convertatur, & veræ conver-

sionis ferè evidentia signa ostenderit, recipi potest. Sic ille. Sint ergo DD. Inquisitores multum cauti ad hanc reconciliationem concedendam, non est enim facile credendum ex abyssis impietatis quem repente velle discedere. Unde supradictis majores pœnitentias injungant, & præcipue carceris irreversibilis, &c. & me consulente numquam tales ad reconciliationem admittant, si signa pœnitentiæ ostendant, quando jam Curie seculari tradendi sunt; vel si Regibus & Principibus, ac eorum filiis persuaserint errores, vel persuadere conati sunt. An verò in penam supradictis sit deneganda Eucharistia, asserunt Covarr. lib. 2. variat. cap. 1. num. 11. & Cantera in qq. crimin. cap. 1. de heret. num. 13. & alicubi est in praxi. Verum ista praxis & talis opinio mihi displicet, unde puto non esse denegandum sacramentum Eucharistiæ Dogmatizantibus, vel Hæresarchis, si verè pœnitentes sint; & ita docet Barbosa in collect. tom. 3. lib. 5. tit. 2. cap. 5. n. 5. Sanctarellus tract. de heresi, cap. 42. dub. an. n. 17. Simanca tit. 63. num. 7. Suarez de fide, disp. 23. sect. 2. num. 12. & Soula in Apborism. Inquis. lib. 1. cap. 10. num. 18. & colligitur ex cap. super eo, de heret. in 6. nam licet de relapsis in particulari loquatur, tamen ex identitate rationis ad omnes verè pœnitentes extenditur.

RESOL. XXIV.

De Hæreticis pœnitentibus, & de pœnis, quibus debent puniri.

Et an in aliquo casu veri pœnitentes non sint reconciliandi?

Et pro praxi adducuntur octo casus in textu hujus Resolutionis: ex Bulla Clem. VIII.

Et an hæretici, si pœnitent in ipso tabulato tradendi sint Curie seculari?

Et an, qui in tortura cum legitima ratione confessionem delictum, sit ab Inquisitoribus reconciliandi? Ex p. 4. tract. 7. Ref. etiam 24.

§. 1. **A**biuratio horum est de formali, quod alias verò pœnas audiamus dictum Io. Rojas de heret. part. 2. num. 197. & seq. ubi sic ait, Quamvis in omni iudicii parte hæreticorum conversio, & eorum confessio sit admittenda; tamen qui in limine iudicii ante accusationem confitetur, ad carcerem temporalem cum habitu pœnitentiali pro brevi tempore est condemnandus; si verò post accusationem, augenda erit pœna & pœnitentia; qui verò post publicationem testium hæresis confitetur, ad perpetuum carcerem damnandus est, quia præsumitur, quod metu probationum confitetur, & talis conversio non caret suspitione, & in omnibus casibus supradictis bona publicentur. Itaque; & Inquisitor San Vincente in manifest. cap. 2. §. 14. sic ait: [Si el Reo confesso antes de la publicación se le da dos años, o uno de cárcel y aun menos si confiesa en las primeras audiencias;] & loquitur de hæretico formali. Vide etiam Simancam in Enchirid. tit. 58. num. 7. & in Instit. Cathol. tit. 47. num. 29. & seq. Pegnam in direct. part. 3. comment. 142. & alios penes ipsos, & in cap. excommunicamus, el. 2. de heret. sic habetur. Si qui autem de prædictis postquam fuerint deprehensi, redire voluerint ad agendam pœnitentiam, in perpetuo carceri dammentur, & ibi glossa cum Abbate, Butrio & aliis communiter, & hanc pœnam perpetui carceris observatam fuisse Cremonæ cum quodam hæretico pœnitente, testatur Boffius tit. de heret. num. 18. & sic etiam determinat instructio Tolerana anno 1561. cap. 41. Non nego tamen hunc perpetuum carcerem Inquisitores ex ista causa minui posse, & solum ad tempus imponere posse, ut ex multis DD.

In S. Officio imponendis. Ref. XXIV. 523

DD. observat. Castr. Palas rom. i. tract. 4. disputat. 6. p. 111. a. num. 2. Imò ego observo hanc penam perpetui carceris ex tylo Inquisit. Rom. in penam remi triennalis transiisse, ut testatur ex Farinac. Aloysius Barjola in Aphor. li. H. ver. heretici nec sponse comparentes, sed decepti sunt; verum hoc observari in Inquisitione Hispanica testatur Io. Rojas Inquisitor Valentinus ubi sup. part. 2. de heret. n. 203. ubi sic asserit: Hodie verò loco carceris perpetui heretici ad triremes condemnantur, dummodo debiles, & senes non sint, & huiusmodi condemnatio sit non ad minus, quam ad triennium. Ita ille. Sed ego invenio apud Vimberrum Locatum in casib. Inquisitionis decis. Placentia, cas. 3. quemdam hereticum penitentem damnatum fuisse ad triremes per quinquennium, unde puto hoc remittendum esse arbitrio Inquisitorum. Cum igitur DD. Inquisitores hanc penam perpetui carceris ante latam sententiam possint mitigare, & ad tempus imponere, aut in alias extraordinarias penas convertere, ut patet in instr. Hspal. anno 1484. §. 11. & in cap. ut commissi, de heret. in 6. ibi, & illorum qui vestris mandatis, &c. iuncta gloss. & ibid. Canonistæ cum Julio Claro lib. 1. §. heresis, num. 8. Ideo in nostra Inquisitione cum Nobilibus, vel aliis sibi bene visis personis, qui ad triremes damnari non possunt, nec debent; pensatis eorum qualitatibus, circumstantiis delicti, &c. penam carceris cum exilio, de portatione, detractione in aliquo Monasterio, vel alia pena ad tempus commutabunt. Vnde Decianus lib. 5. cap. 54. numero 45. agens de hereticis penitentibus, sic ait: Penitentia qualitas & quantitas arbitrio iudicis est relinquenda, cum majori pena digni sint prudentes, quam simplices, & majori clericis, quam laici, & majori Prælati, quam subditi, quod ante docuerat Pegna in direct. part. 3. comm. 142. & Campegius in addit. ad Zanchinum de heret. cap. 41. cum Barjola ubi supra. Adverte tamen cum Rojas part. 2. de heret. n. 318. puberes hereticos penitentes reconciliandos esse, sed in penis, de quibus dictum est ætati subveniendum esse. Dixi ante latam sententiam, quia postquam reus est condemnatus in Inquisitione Hispanica, ex privilegio commutatio, seu relaxatio penæ spectat ad Summum Inquisitorem. Vide Rojas singul. 115. num. 5. Pegna part. 3. comm. 108. & Simanca titul. 16. num. 20.

2. Notandum est tamen hic cum Sanctarello de heresi cap. 42. dub. unic. num. 5. Scortia in Bull. Pontif. epist. 10. theol. 36. Genuense in praxi Archiep. cap. 58. num. 7. Zanardo in direct. Theol. p. 1. præc. 1. cap. 5. §. 11. Naldo in sum. ver. heresi, num. 7. & aliis ex Bulla Clement. VII. die 3. Febr. an. 1603. quod in aliquibus casibus etiam veri penitentes non reconciliantur. Primus est, Missas celebrantes non Presbyteri. Secundus, non Presbyteri confessiones audientes. Tertius, negantes Trinitatem personarum in divinis. Quartus, negantes divinitatem Christi Domini. Quintus, negantes Christum conceptum de Spiritu sancto. Sextus, negantes Christi mortem, ut nos redimebat. Septimus, negantes S. Mariæ virginitatem. Octavus, Magistratus, seu Domini Ecclesiastici, vel temporales schismatici, aut heretici, seu heresim, aut schisma excitantes. Sed de primo & secundo casu superius diximus, & omnes non esse receptos in Inquisitione Lusitana, testatur Soula in aphor. Inquisit. lib. 2. cap. 49. num. 62. ubi sic ait: Inquisitores non recipiunt in Inquisitione hereticos, qui non sunt penitentes, &c.

3. Sed restat hic inquirere, an heretici si penitent in ipso tabulato, tradendi sunt Curie sæculari? Ad hunc casum ita respondet instructio Tolercana anno 1561. num. 64. [Muyas vezes los Inquisidores sacan al tablado reos, que por estar negativos se determinan relaxarlos, y porque en el tablado antes de la

sentencia se convierten, y dicen sus culpas los reciben à reconciliacion, y sobreseyn la determinacion de sus causas, y parece cosa muy peligrosa, y que se deve sospechar lo hagan mas por temor de la muerte que con verdadero arrepentimiento, parece que se debe hazer pocas vezes, y con muy particulares consideraciones.] & ad ornatum supradictorum verborum videndus est Rojas de heret. part. 2. num. 198. & seg. cum Pegna in direct. part. 3. comm. 175. ubi sic ait. Plurimum considerandum est, qualiter recipi debeant hi, qui in tabulato, aut in Ecclesia in publicam fidei actionem sunt producti, convertuntur, qui potius metu instantis mortis, quam amore veræ poenitentia converti videntur, quomobrem cum negativis hæc raro fieri debere, & non nisi cum exquisitissimis considerationibus, nollem certè unquam in hoc sacro Tribunali misericordiam excludere; verumtamen ubi malitiam perfidorum huiusmodi contempnor, auferem dicere iustissimè fieri si locus misericordiae pateret reis donec à carceribus Inquisitorum educerentur, & postea nullo modo audirentur, præsertim cum tantum, & tamdiu laboratum sit in eorum conversione, quia tamen nondum damnationis sententia est promulgata, ideo in hoc crimine usque ad id tempus locus est poenitentia; & propterea sententia prior tutior est, sed altera fortasse iustior, spectata perfidorum iniquitate, & seta poenitentia. Hæc omnia Pegna. Itaque si in aliquo casu Inquisitores viderint specialissima conversionis signa, poterunt reum ad reconciliacionem admittere, quia id videtur pietati & misericordiae Ecclesiae convenire. Vide Decianum lib. 5. cap. 39. n. 5. Farinacium quest. 193. n. 60. Rojas ubi supra, & alios penes ipsos.

4. Non desinam etiam adnotare id quod observat Soula in aphor. Inquisit. lib. 2. cap. 34. n. 8. ubi sic ait: Post latam sententiam, & publicatam, an reconciliati heretici possint, Inquisitorum determinationi relinquuntur; raro tamen reconciliari debet, maxime jam si traditus sit Curie sæculari. Ita ille, qui citat Pegnam, Decianum, & Farinacium, quod est valde notandum. Verum oritur etiam hic aliud dubium, an qui in tortura cum legitima ratione habitio, constitutus delictum, sit à DD. Inquisitoribus reconciliandus? negativè olim statutum fuit in instr. Hspal. an. 1484. n. 15. ubi sic habetur: [Si los Inquisidores con ordinario juntamente deliberaron de poner el acusado a questio de tormento, y en el dicho tormento confesare el delito, y despues de quitado de dicho tormento ex intervalo conviene à saber el dia siguiente, o tercero dia ratificare la dicha su confession en juicio, este tal sea punido como convinto.] Sic ibi, & ita etiam docuerat Sylvanus conf. 89. Sed adversus illum, & meritò, insurgit Simanca in enchirid. tit. 58. n. 74. ubi ita asserit: Plurimum doctationis habet cum confessio vi adhibita, id est, tormentis extorquetur, sed reus eam ratam habet, spontè quidem id facit, atque adeo recipiendus est, quemadmodum omnium consensu receptum, & rectissimè usitatum est contra Sylvanum. Ita ille.

5. Vnde meritò id quod præcipiebatur in supradicta instructione Hspal. postea revocatum fuit per instr. Tolet. an. 1561. ubi num. 13. sic habetur: [Passadas veynte y quatro horas despues del tormento se ha de ratificar el Reo en sus Confessiones y en caso que las rèveque usarse ha de los remedios del detecho y al tiempo, que el tormento se da el notario deve asseñtar la hora y assi mismo la ratificacion porque si se hiziere en el dia siguiente no venga en duda si es despues de las veynte y quatro horas, o antes y ratificandose el Reo en sus confessiones y satisfechos los Inquisidores de su buena confession, y conversion podranle admitir

524 Tractatus XII. De Poenis Delictorum,

à reconciliacion sin embargo que ay confessado en el tormento. Dado que en la instrucion de Sevilla del año 1484. en el capitulo quinze se dispone que el confite en el tormento sea haviendo por conuencido cuya pena es relaxacion. Pero loque a qui se dispone esta mas en estilo, toda via los Inquisidores deven mucho advertir como reciben à los semejantes y la calidad de heregias que huvieren confesado, y se las aprehendieron de otros, o si las han enseñado à otros algunos por el peligro que de lo semejante puede resultar. Sic ibi & ad confirmationem supradictorum vide Rojas de heret. p. 2. n. 292. ubi ex aliis iuribus & Doctoribus probat, quod si reus in tortura hæresim confiteatur cum legitima rati habitatione reconciliandus sit; proinde huiusmodi confessio est, ac si libera, & spontanea fuisset.

RESOL. XXV.

De Hæreticis impenitentibus, & de poenis, quibus supradicti merentur puniri.

Et explanatur, quid est faciendum de diminuto, qui confiteatur de se, non tamen omnes errores? Ex p. 4. tr. 7. Ref. etiam 25.

S. 1. *E*ste supradictos puniendos poena mortis, patet ex cap. ad abolendam, de heret. Sed pro tali casu apponam hic verba instruct. Tolet. anno 1561. n. 43. sic habetur. [Quando el Reo estuviere negativo y le fuere provado legitimamente el delicto de heregia de que es aculado o estuviere herege protervo y pertinaz cosa manifesta es de derecho que no puede dexar de ser relaxado à la Curia y brago seglar. Però en tal caso deven mucho mirar los Inquisidores su conversion para que a los menos muera con conoçimiento de Dios, en lo qual los Inquisidores haran todo lo que Christianamente pudieren.] & diligentias faciendas à DD. Inquisitoribus in tali casu optime tradit Camillus Campegius in annot. ad Zanchinum de heret. c. 16. lit. A. si tamen post adhibitas dictas diligentias hæretici pertinaces convertantur, admittuntur ad reconciliacionem sicuti alij hæretici non relapsi, quia tamen talis conversio præsumi potest metu mortis facta, perpetuo sunt immutandi, & si sunt in aliquo Ordine, prius degradentur, & hæc degradatio de iure debet esse realis, attamen secundum introductam consuetudinem verbalis sufficit, & hæc omnia docet Soula in Aphorism. Inquisit. lib. 2. cap. 46. num. 6. Eadem poena mortis etiam imponitur, ut patet in verbis dictæ instruct. Tolet. hæreticis fictione iuris impenitentibus, ut sunt ij qui legitimis testibus convicti negant hæresim commississe; quidquid in contrarium asserat Boetius decif. 341. n. 4. ubi nimis audacter loquitur contra Dominos Rotæ Romanæ, & Iul. Clarus lib. 5. de heresi, n. 10. licet se remittat determinationi Ecclesiæ.

2. Sed affirmativam sententiam esse veram, communis praxis omnium Inquisitorum demonstrat, & illam docent Ioseph Sesse tom. 4. decif. 445. num. 15. Lorca in 2. 2. D. Thom. disp. 47. num. 20. Albertinus quæst. 8. num. 7. & segg. cum aliis penes ipsos, non enim indulgenda est venia, ei qui non cognoscit peccatum suum, & potius testibus quibus reus convictus est, quam ipsi reo in proprio facto fides adhibenda est, & ideo instructio Hispal. anno 1484. n. 14. sic habet. [Si aliquis in inquirido del dicho delicto de heregia lo negare y persistiere en su negatiya hasta la sentençia, y el dicho delicto fuere cumplidamente provado contra el, como quiera que el tal aculado confesse la

fe Catholica, y diga que siempre fue Christiano, y lo es, lo deven y pueden declarar y condenar por herege, pues juridicamente consta del delicto, y el Reo no satisface devidamente a la Yglesia, para que lo absuelva y con el use de misericordia pues no confiesa su error. Pero en tal caso los Inquisidores deven mucho catar y examinar los testigos, y procurar de saber que personas son, y si depusieron con odio y malquerencia o por otra mala corrupcion y reprobosidad con mucha diligencia y haver informacion de otros testigos cerca de la conversacion, y fama, y consciencia de los testigos, que deponen contra el aculado, lo qual remitte à sus consciencias.] Sic ibi, que omnia in casu occurrenti diligenter in hoc sacro Tribunal à DD. Inquisitoribus observantur. Sed hæc opinio limitatur, quando reus in negativa præstiteret, & præsumeretur obliuio. Ita Albertin. 7. 34. n. 52. Rojas de heret. p. 1. num. 84. Sed difficultas est, quando obliuio præsumatur; Pagna in direct. Inquisit. part. 2. comment. 59. putat non præsumi in factis arduis. Vide instruct. Hispal. anno 1484. §. 13. ibi, [especialmente en cosas y actos graves y señalados, &c.] & in atrocibus & horrendis etiam post longum tempus, & idem dicendum est de factis, aut dictis solitis & consuetis, licet ardua non sint, & in iis quæ semper delinquentes comitantur. In cæteris verò causis, quæ insignes & arduæ non sunt nec solitæ & consuetæ, neque delinquentem comitantur, decennio regulariter reputatur obliuio, nisi aliter Inquisitoribus visum fuerit, penitenti delicti & personarum circumstantiarumque qualitate. Ex quibus inferitur confitentem diminutum, & negativum esse Curie seculari tradendum, & ideo Soula in aphor. Inquisit. lib. 2. c. 48. num. 11. & seg. sic ait: Diminutos qui confitentur de se, non tamen omnes suos errores, nec omnes complices revelavit, tradendus est Curie seculari, dummodo circa illa non præsumatur obliuio, & diminutio plenè probetur. Si diminutio verò non plenè probetur, & considerabilis sit ac non modica, danda est reo tortura juxta probationis qualiteratem. Diminutus similiter censetur, qui non confitetur omnes qualitates, quæ respiciunt veram & formatam hæresim; & item, qui non confitetur tempus errorum, quando obliuio nullo modo præsumitur, sed malitia. Circa tempus à parte ante facili saltem regulariter præsumi potest obliuio, complicitum obliuio possit reum præsumendum est si remoti sint, & cum quibus semel, vel rarò converfabatur, præsertim si confitetur de consanguineis, & propinquis. Item sit confiteatur præcipuos errores, aut circumstantias & qualitates illorum, minores verò taceat, præsumi potest obliuio. Hæc omnia Soula. Vide Sesse ubi infra, & decif. 445. num. 16. & decif. 446. Verum Io. Rojas de heret. part. 2. num. 242. putat reum qui alios complices, vel omne delicti tempus non revelat, non esse diminutum, quia non est verisimile, quod qui delictum suum ingenuè confitetur partem temporis, cum sit res minoris momenti, occultet, vel alios hæreticos non manifestet. Ita Rojas, & quoad manifestationem complicitum observat. Castrus Palaus tom. 1. tractat. 4. dispensat. 6. punct. 2. numero 5. de illo, qui omnes suos errores fateretur, reulat tamen manifestare aliorum errores, quorum convincitur habere notitiam, existimare aliquos non esse ut impenitentem hæreticum damnandum, quia ex hac occultatione solum convincitur fautor hæreticorum, & non autem verus hæreticus, & impenitens condemnari; ut verus hæreticus, & impenitens condemnari; & ita asserit Castrus se audivisse in Inquisitionibus Castellæ praticari, & propter hanc causam torqueri. Sed ipse putat talem ut hæreticum impenitentem.